LICENTIATVS PAVLVS DE MAQVEDA

CASTELLANO, IN SALMANTICENSI ACADEMIA SCIENTIARVM OMNIVM altrice, Iuris Cæsarei professor, & Iustiniani Codicis matutinæ Cathedræ moderator.

CLARISSIMIS ATQVE dilectissimis I.V.S. D. C.

COMMENTARIA HÆC L: PRIVIlegia 16. ff. de priuilegijs creditorum, in quibus omnes fere huius tituli leges declarantur, & vniuersa concursus creditorum materia, tam in Scholasticis disputationibus, quã in forensibus controuersijs summe vtilis & assidua, elucidatur: praxisque proponitur, qua facile in ea posßit sententia ordinari.

SALMANTICÆ.

Excudebat Didacus à Cussio,

Anno Domini M.DC.VI.

HE Visto, esta repeticion del Licenciado Paulo de Maqueda Castellano Cathedratico de Codigo desta Vniuersidad, sobre la ley Priuilegia 16. ff. de priuilegijs creditorum, y me parece muy docta, y de mucha erudicion, y muy digna de salir á luz, y que se imprima, para el aprouechamiento de los estudiãtes, y lo firme en Salamanca en 18. de Deziembre de M. DC. XVI.

El Doctor Ioan de Valboa.

NOS Los prouisores de la Ciudad, y Obispado de Salamanca, sede vacante, &c. Por la presente, damos licencia à qualquier impressor desta Ciudad, para que pueda imprimir la lectura, y repeticion, que el Licenciado Paulo de Maqueda Castellano Cathedratico de Codigo en esta Vniuersidad de Salamanca, ha hecho sobre el texto en la ley priuilegia 16. ff. de priuilegijs creditorum, por quanto esta vista, y es digna de salir à luz. Fecho en Salamanca en veynte dias del mes de Deziembre del año del Señor de 1616.

El Doctor D. Rodrigo de Naruaez.

Por su mandado de los Prouisores de Salamanca.

Iuan Rodriguez.

CLA-

CLARISSIMIS I. V. S. LIcentiatus Paulus de Maqueda Caſtellano.

CVM Meus in vos amor, clariſſimi, & amantiſſimi auditores, tantus fuerit, quantus præteritæ meæ vitæ rationes demonſtrarunt: cùm nulli pepercerim labori, ſed veſtris ſemper vtilitatibus inſeruiens alacri fronte me vobis exhibuerim, denegare nō potui, quod inſtantiús poſtulaſtis, vt commentaria hæc, quæ tanto veſtrum omnium concurſu in extraordinaria prælectione dictaui, in publicum ederem, typiſque mandarem: nec terruit labor, quominus id perficerem. Scitis me tempus omne in libris euoluendis conterere, dum vobis duabus prælectionibus inſeruio, & pluribus alijs de iure interrogantibus ſatisfacio. Et vt eleganter Caſiodorus vario. 1. c. 24. laborem non refugit, qui virtutis gloriam concupiſcit: latet enim, ſub otio laudabilis fortitudo, & dum ſe probandi non habet ſpatium, occulta eſt lux tota meritorū. Nec terruerūt etiam, vt editionem hanc detrectarem maleuolorum dicta, á quibus, vt Diuus Hieronymus in Iſaiam, nemo eſt tutus, dum ſtimulante inuidia, quod conſequi non valent deſpiciunt, nam à timore hoc duo me ſeparare potuerunt; & quod conſiderarem quanta præceptorum noſtrorum, & doctiſſimorum hominum approbatione, quantoque veſtrum omnium applauſu commentaria noſtra ad l. Barbarius 3. ff. de offi. prætoris, recepta ſunt, & quod hæc vobis dicata, ſub clypeo maieſtatis veſtræ ſatis ſunt tuta, eá defendi-

fendite, & me, dum maiora paro, solita benignitate reficite. valete fœlices.

PETRVS DE ZAMORA Hurtado, in laudem Pauli de Maqueda Castellano, sui præceptoris.

Qualiter auricomus radianti lampade Titan
Inter clara nimis sydera in orbe nitet:
Qualiter in spinis sylue stribus, aurea, flores
Nectareos oculis lilia cana ferunt:
Haud aliter pulchra super hac, pulcherrima, lege
Scripta tua in reliquis, docte Maqueda, nitent.
Candida sint adeò nil mirum, fertile namque
Ingenium vigili sæpè labore colis.
Da precor ista typis, rogitat studiosa iuuentus;
Da lucem tenebris, da precor ista typis:
Sit tibi dignus honos, cingat tua tempora laurus;
Serta parent omnes, sit tibi dignus honos.

PAVLVS LIBRO SINGVLARI REgularum.

PRIVILEGIA NON EX TEMPORE æstimantur, sed ex causa: etsi eiusdem tituli fuerunt, concurrunt, licèt diuersitates temporis in his fuerint.

RERVM SVMMA.

1. *Materia huius legis amplissima, & vtilissima.*
2. *Debitores, qui adsunt quomodo compellantur satisfacere creditoribus.*
3. *Et qualiter contra eos procedatur quando absunt, vel quando fraudationis causa latitant, & n. 4.*
5. *Verbum hoc, priuilegium, qualiter accipiatur in præsenti.*
6. *Priuilegij diffinitio.*
7. *Priuilegia an irrogari debeant vel possint, & quando & n. 8.*
9. *Priuilegium aut est personale, aut reale, speciale, aut generale, & num. 10.*
11. *Priuilegia in creditorum concursu, non ex tempore, sed ex causa æstimantur.*
12. *Qui prior est tempore, potior est in re, & n. 115.*
13. *Diuisio huius materiæ.*
14. *Inter reliquas actiones priuilegiarias funeraria primum locum obtinet.*
15. *Funeraria actio personalis, & vnde oritur, & cui detur, n. 22.*
16. *Quæstio difficilis an funeraria præferatur hypotecarijs creditoribus, tacitis, & vtrum expressis, & 18.*
17. *L. 30. Taurinterpretatur, & n. 21.*
19. *Mortuorum corpora an possint detineri quo vsq; creditoribus satisfiat.*
20. *L. eos 9. C. qui potiores interpretatur.*
23. *Sumptibus funerum impositus modus, & num. 24.*
25. *Depositi causa priuilegio prioritatis gaudet.*
26. *Conciliantur iura in l. si hominem 7. § quoties ff. depositi, & l. si ventri 8. § in bonis hoc tit, & n. 28.*
27. *Deponens si res deposita extat omnibus præfertur, illimita, si sub vsuris deposuit, n. 29.*
30. *Sponsa, quæ dotem dedit inter priuilegiarios est.*
31. *Res publica inter personales priuilegiarios connumeratur, & quando inter hypothecarios n. 33.*
32. *L. Antiochensium 21. hoc titu. intelligitur, & illustratur.*
34. *Qui in nauem extruendam pecuniam credidit priuilegium habet.*
35. *Et qui pecuniam dedit, vt ad priuilegiarios perueneritt.*
36. *Regulæ proponuntur, quibus cognoscatur qualiter priuilegiariorum sit habenda ratio, & n. 37. & 38.*
39. *Chyropgrahary creditores, qui & qualiter admittantur.*
40. *Textus difficilis in l. in operis 29. ff locati interpretatur, & n. 41.*
42. *Hypotecarij creditores recensentur.*

sit sententia ordinari in materia concursus creditorum.

1 AVRVM de terra legere, qui nouerunt, inquit, Petrus Chrysolog. sermone 91. vbi diuitem senserunt venã, ibi quidquid est artis quidquid laboris impendunt. Cuius ego, dilectissimi auditores, secutus sententiam, cum huius legis materiam amplissimam, & vtilissimam & quotidiano vsu ipsaque forensi exercitatione asiduam esse præuiderim, ex eaque tot lites, tot controuersiæ, tot denique iurgia, quæ passim in concursu creditorum solent agitari, decidi soleant recte me facturũ existimaui I, si inter reliquos ingenioli fætus, quos in amoris vestri signum vobis superioribus annis consecraui, dum difficiliora iurisconsultorum responsa, in extraordinarijs prælectionibus exposui, hunc tam in scholasticis disputationibus vtilem, quàm in forensibus controuersijs honorificum, & lucrosum, ad numerarem, quem vt ordiar, ne insalutato, vt aiunt, hospite procedam.
2 prælibandum duxi † debitores, qui ad sunt, & creditoribus soluere condemnati, aut iudicis sententia, vt in titulo supra de re iudicata, aut propria confessione, quæ pro iudicato habetur, vt in titulo supra de confessis, iunctis traditis à Balduino ad leges Romuli c.46.n.29.& 38. iudicatũ facere debere, creditoribusque integre soluere, ne alias in vinculis detenti, bonis cedere cogantur, quod quam ignominiosum sit ignorat nemo, vt in titulo supra de cessione bonorum, docent vltra classicos ibi Matth. Brunus in tract. de bono. Petrus Gregor. li.22. syntagm.c.8. Menochius de arbitra. casu 183. Fachin. li.13. cõtro c.69. Donelus li.27. commen. ad l.2 ff. de re iud. Couaru. 2 varia. c. 1. Parladorus 2. rerum quotid. c fin. p.5. §.7.
3 † Aut si absentes fuerint, vel circa columnas aut stationes se occultauerint, vt Vlpianus ait in l. Fulcinius 7. §. illud sciendum ff. quibus ex causis in possessio. eatur, cui adde Diuum Ambro. li. de Tobia c. 7. Cuiacium 1. obserua c.13.& 11.c.S. Alcia 4. parer. c 27 relati ab Osualdo in notatis ad Done. li.23. c.13. lit.B. cum ob contumatiam ante litis contestationem, non possint condemnari l. quia 4. C. de procurato. c. tuæ 3. vt lite non contestata Cuiacius Nouela 69. Gregorius verbo. Començado, in l. 9. tit. 22, p. 3. Paz in praxi 2. tom. 2. partis, cap. vnico per totum, vt tædio affecti veniant responsuri, custodiæ causa, & vt pignus habere incipiant creditores, in eorundem bonorum possessionem mittuntur, vt in titulo supra, quibus ex causis in possessionem eatur Donelus li.23. commen. c.12. vbi Osualdus, in notatis lit. C. alios refert.
4 † Quod si fraudandorũ creditorũ causa eos latitare apparuerit, nec boni viri arbitratu defendatur prædicta bona venduntur, vel iudicis authoritate ab eisdẽ creditoribus possidentur, vt in titulo supra de bonis authorita. iudi. possiden. late Rebuffus in tractatu de præconijs, & licitatio. Colerus de process. 3. p. c. 4. n. 73, Heringius de fideiuss ca.6. n. 18. Scobar de Ratio. c.16. Gama decis. 40. & 95. Donelus vbi sup. c.13. vbi Osual. litt. A verum cum bona distrahuntur, aut ex voluntate debitorum, qui ea creditoribus cessit, aut authoritate iudicis, quia fraudationis causa debitores latitant, solent quotidie inter eosdem creditores, controuersiæ oriri, qui reliquis sint præferendi, in quo concursu, quid obseruandum, qualiterque eorũ priuilegia debeant æstimari doctissimus I. C. Paulus in præsenti aperit. & licet plerique existiment, neque l. hanc nec reliquas, quæ sub hoc titulo continentur separandas, non esse à titulo superiori de bonis autho. iudi. poss. iuxta editionem pandectarum Florentinorum consentiunt Gothifredus, & Brosens in notis ad easdẽ Vvesem. in paratitla, adhuc tit. Ant. August. li. 3. emen. c. 1. receptam, & separatam prælectionem sequendam in his iudico.
5 † Vlterius ad euidentiam eorum, quæ specialiter, de vnius cuiusque creditoris priuilegio examinanda sunt prænoscendum est priuilegium in præsenti, nihil aliud esse quã prærogatiuam, qua quis in exactione rei aut quantitatis sibi debitæ reliquis creditoribus præfertur, eorum interim solutione dilata, vti colligitur, ex l. si spõsa 77. ff. de iure doti. l. fiscus 6. l. quod placuit 37. ff. de iure fisci l. simile 10 ff. ad Municipa. l. asiduis 12. C. qui potiores, in qua significatione priuilegium habere fiscum dicimus, in titulo C. de priuilegio fisci. Dotem in titulo C. de priuilegio dotis, creditores, in l. 1. cum sequentibus supra hoc titulo. docent Cuia. in paratitla ad titulum C. de priuile. fisci Horoscius, in l iura n. 3. ff. de legibus Rebardus, ad l. 12. tabul. c. 2. in fi. Scardus verbo priuilegium. Estque conuenientissima appellatio hæc, nã priuilegium antiquo verbo quasi priuata lex dicitur, veteres enim, priua dixerunt, quæ nos singula dicimus, hoc est singulis & priuatis concessa c. priuilegia 3 dist. c. Abbate 25. †. his igitur, de verb. sign. Scardus vbi supra Eguinari, in l. 1. versi. nam quodammo-

do ff. de constitu. princ. Gellius 10. noct. Att. c. 10. † Quod & denotat eiusdem pri-
6 uilegij definitio tradita à Paulo in l. ius singulare 16. ff. de legibus, dum ait, *esse ius singulare, quod propter aliquam vtilitatem authoritate constituentium introductum est*, d. c. priuilegia 3. dist. l. regia 2. tit. 18. p. 3. ibi *Priuilegio tanto quiere dezir como ley, que es dada, y otorgada del Rey apartadamente à algũ lugar, ò algun ome para fazerle bien, y merced*, vbi Gregorius gl. 1. Belapertica, in repetitione l. beneficium 3. ff. de constitu. principum, vbi nu. 5. priuilegium à beneficio tanquam speciem à genere differre eleganter demonstrat, Medicis 2. diffinitio c. 17. Colerius de proces. 1. p. c. 4. nu. 1. Auiles in cap. præto c. 19. glossa priuilegios Menoch. consilio 2. n. 16. li. 1.

7 † Nec iniquum ius hoc singulare, quo aliquis in exactione sui debiti, alijs præfertur, vobis videri debet, ex eo quod iura, non in singulas personas, sed generaliter sunt statuenda l. iura 8. ff. de legibus, ob quod decẽuirali lege statutũ fuit ne priuilegiũ alicui indulgeretur, his verbis. *Priuilegia ne irroganto*, quod & probat Aristote. politico. 3. & Ethicor. 5. & Plato 6. de legibus. Eleganter Cicero in oratione pro domo, *vetant, inquit leges Sacræ, vetant 12. tabulæ leges priuatis hominibus irrogari, id enim priuilegium nemo vnquam tulit, nihil est crudelius, nihil perniciosius nihil, quod minus hæc ciuitas ferre possit*. Quoniam licet id verissimum sit; possetque comprobari ex traditis à Magno Basilio. Chrysostomo Platone Liuio, & alijs relatis à Simancas 4. de repu. ca 7. & à Demosthene in oratione contra Midiam, & contra Aristocratem. omissis traditis à Rebardo d. c. 2. dicẽdum est quod cum leges in vniuersum ferantur, nec omnibus pro varijs circunstantijs conuenire possint ex parte necessario sunt mutandæ. Cum eis latis ex circunstantiæ incidere possint, ijsque homines sese offerre, vt merito eis priuilegia Principes denegare non possint, ad quod forte respiciens Cato apud Liuiũ, nulla lex ait, satis commoda omnibus est, sic Cicero ob singularem artis peritiam ab exilio fuit reuocatus, & Modestinus in l. ad bestias 31. ff. de pœnis, ita ait, *sed si eius roboris, vel artificij sint, vt digne populo Romano exhiberi possint principem consulere debet* ex quo textu Dinus relatus à Gotofre. ibi, ait se mortis veniam impetrasse cuidam Fabro ob artis suæ peritiam, cui alioqui manus ex statuto erat amputanda, facit Glossa celebris verbo, ob meritum in §. sed & quod Principi. institut. de iure naturali recepta, vt constat ex Fabro. Portio, & Platea ibi, facit etiam, quod de mutatione legum pro temporum moribus, & personarum rationibus, tradit Sextus Cecilius apud Gellium li. 10. ca. 20. & quod de priuilegio Posthumio, & Fabritio præstito Antonius Syluius refert, ad l. sacras Romano. c. 13. pagina mihi 548. & quod ex Symaco, & Iureto. refert, & more solito accurate congerit Doctissimus, & subtilis præceptor Doctor Ioannes de Solorçano li. 1. de crimine parrici. c. 5. Couar. 2. resolutio. c. 9. n. 6. Plaça li. 1. de delictis c. 33. nu. 1 Clarus li. 5. §. fin. q. 60 n. 16.

8 † Vnde veteres legislatores, simul cum æneis legibus ius singulare induxerunt, quippe qui cum vtriusque causa sit æquitas, & naturalis ratio merito ab eodem fonte, & lex & priuilegium dimanatum, vt ex eadem lege 12. tabularum constat, quæ adhibitis centuriatis comitijs, in quibus descriptus populus censu, ordinibus, ætatibus, plus consilij adhibere videbatur, quàm fide in tribus conuocata, priuilegia indulgere permisit, & merito, nam vt Cicero. 3. de legibus restatut, nihil esset iniustius, quàm omnia, omnino priuilegia tollere. Sicque cum iudicio, & maturo consilio, in materia nostra, indulgentur ob iustas, & rationabiles causas, quæ reperiũtur in singulis creditoribus, qui prælationis beneficio potiuntur, vt in prosecutione nostræ materiæ, Deo dante apparebit.

9 † Denique circa partitionem, seu diuisionem priuilegij memineris, quod priuilegiũ, aut personæ aut rei aut loco, vel causæ præstatur. Quoties personæ conceditur personale dicitur, & est speciale, veluti cum personæ in priuilegio tantum comprehensæ competit l. in omnibus 69. l. priuilegia 157. ff. de re. iuris l. Princeps 31. ff. de legibus. §. sed & quod Principi institu. de iure naturali, aut generale, veluti, quod alicui generi personarum commune est, vt concessum pupillis viduis ne alibi, quàm in sua prouincia conueniantur l. vn. C. quando imperator inter pupi. late Coua. vnico practi. c. 7. Doctoribus & nobilibus personis, ne conueniantur vltra, quam facere possint, & ne pro debito ciuili in carcerẽ detrudantur l. miles; 6. vbi glossa verbo facere l. sunt qui. 16. l. item miles 18. ff. de re iudica. l. medicos 6. C. de professoribus, & medicis li. 10. Garcia in tractatu de nobilitate glos. 1. n. 9. Baeça in tracta. de inope debitore c. 16. Paz in praxi to. 1. 5. p. nu. 44. mulieribus, quo iuuantur in suis intercessionibus l. 1. cum sequentibus ff. & C. ad Velleia. Gomecius 2. to. c. 13. n. 16. filijs familias l. 1. ff. ad Macedo. late Donelus 12 comẽn. c. 24. scholasticis authentica habita C. ne filij pro patre Horatius de priuilegijs schol priuilegio 26. Iacobus Bennius de priuilegijs I. C. 1. p. priuilegio 16. n. 5.

10 † Rei priuilegium concessum reale dici-

tur

tur l. 1. §. permittitur ff. de aqua quoti. & æst. Læratem 3. §. rebus h. forma 4. §. quanquam ff. de censibus Bart. in l. pater. 6. n. 5. ff. de seruitu. legat. Gregorius glo. 3. per textum ibi in l. 9. tit. 7. p. 5. Loco, quādo alicui ciuitati, vel villæ conceditur d. §. quanquam docent Decius in d. l. in omnibus n. 15. Gregor. vbi sup. Causæ priuilegium dicitur dari, veluti cum conceditur causæ depositi, vel pecuniæ præstitæ in refectionem domus d. l. in omnibus vbi glossa, & ibi Decius n. 14. d. l. priuilegia de re. iur. Alia tandem priuilegia actionibus, quæ resultant ex obligationibus conceduntur, & si obligatio est personalis, & ei priuilegium tribuitur dicitur personale, si vero realis reale iudicatur, vltra Ripam in præsenti nu. 1. prosequuntur Dinus in regula priuilegium de re. iur. in 6. Felicianus in tract. de cen. li. 3. c. 5. nu. 3. Colerius de proces. 1. p. c. 4. num. 16. Mena primo vari. q. 6. art. 3. num. 2.

11 † His prahabitis, & in modum cuiusdam præuiæ inspectionis præcognitis Paulus I. Cōsultus, in præsenti docet priuilegia creditoribus (hoc est ijs, quibus ex quacumque actione, vel persecutione Iure Ciuili, vel honorario pure, vel in diem, vel sub conditione debetur dum tamen perpetua exceptione, submoueri non possint l. is cui 42. in fine de obli. & act. l. creditores 10. de verb. sign. vbi Alcia. & Reb. Baeça de inop. debitore in principio,) pro debitis suis recuperandis concessa, non ex tempore, sed ex causa æstimari & si eiusdem tituli fuerint concurrere, licet diuersitates tēporis in eis fuerint.

12 † Sed hæc Pauli sentētia redditur sume difficilis ex tx. in l. si fundū 4. C. qui potiores, & ex regula, qui prior 54. de re. iur. in 6. ex quibus priuilegia non ex causa, sed ex tempore æstimanda esse clarissimé colligitur.

13 † Hæc & aliæ difficultates, vt cessent, & tam materia nostræ legis, quam quæ à glossa in præsenti verbo ex causa proponitur, in qua fluctuauit Accur. clara methodo percipiatur, eā in quatuor partes diuidendam iudicaui. Prior demōstrabit, qui sint creditores personales priuilegiarij, de quibus Paulus in præsenti, & qualiter inter se concurrant. Secunda, qui sint creditores chirographarij, hoc est personales, & quod sit eorum ius. Tertia ad intelligentiam glossæ in præsenti aperiet hypothecariorum naturam, & priuilegia. Quarta denique commixtionem prædictorum omnium creditorum continebit, adeo manifeste, vt cum quæstio in praxi se obtulerit facile vnus quisque possit iudicare, quem locum quilibet ex creditoribus in solutione sibi facienda debeat obtinere.

14 † Ad primam igitur deueniendo sciendū est inter reliquas actiones, quæ priuilegiarijs creditoribus competunt, funerariam primum locum obtinet e. Etenim funeris causa apud omnes gentes summæ curæ, & religionis fuit semper, quæ defunctorum memoriam statim interire noluerunt, sed eos potius, à quibus viuis beneficia acceperant mortuos quoque meritis honoribus cohonestarunt, & Aristoteles 1. Rhet. c. 5. & 13. inter honoris notas sacrificia, monumenta, & imagines defunctorum enumerat, vnde apud veteres res hæc varijs ceremonijs peragebatur, vt constat ex Platone 4. li. & 12. de legibus, Siculo secundo rerum antiqua. Boemio primo de moribus gentium c. 5. latissime Antonius Sylvius in leges Sacras Romanorum c. 14. & 16. Couar. 2. reso. c. 1. n. 18. Garsia de expēsis c. 8. n. 6. Spino in speculo testamen. glo. 2. per totam, insignis præceptor noster primarius Antonius Pichardus in §. fi. institu. de l. falci. ex quo nostri legum latores funeri rite celebrando priuilegia indulserunt dum summopere student, vt sepeliātur mortuorum corpora, cum id religioni pietati bonoque publico adeo expediat l. si quis sepulchrū 12. §. hoc edictum l. sunt personæ 43. ff. de religiosis l. 1. §. interdictum hoc ff. de mortuo inferendo, iunctis traditis à Baldo in l. fin. n. 7. C. de nego. gestis Dueñas regula. 397.

15 † Propositaque est actio personalis, ex qua si contractu cum defuncto celebrato descēdens l. 1. ff. de religiosis, quæ funeraria appellatur, & in concursu creditorum adeo priuilegiata, vt cum bona soluendo non sunt omne creditum præcedere solet, vt sic facilius homines inuitentur ad sepeliendum eos, qui debitis onusti moriuntur l. quæsitum secunda supra hoc titulo, l. impensa 45. ff. de religiosis l. finali §. in computatione C. de iure delibe. docet Iulius Paulus primo receptarū titu. fin. versi. pen. & comprobant l. 12. ti. 13. p. 1. l. 9. versi. esso mesmo tit. 4. l. 30. versi. fin. tit. 13. p. 5. illustrant Spino, & Garcia iam relati Vādera. de priuile. cred. c. 1. Donelus li. 13. c. 15. vbi Osualdus in notatis litt. E. Dueñas reg. 397. Gomecius, & Tauristæ per textum ibi in l. 30. Tauri, Azeuedus, qui plures refert in l. fin. titu. 6. lib. 5. nouæ compila. & in l. 7. tit. 16. gl. 5. n. 2. Aiora de partitio. 2. p. q. 12.

16 † Sed illud difficile est summe, & à doctoribus, non exacte disputatum video, an tantæ vis sit priuilegium hoc, vt creditor eius virtute, non solum priuilegiarijs personalibus, de quibus in hac Prima parte, noster est sermo, verum etiam hypothecarijs præferatur. Et licet quoad eos, qui tacitam hypothecam habēt res expēdita sit per textum in l. At si quis 14. §. 1. ff. de religiosis, quoad eos tamē qui expressam hypothe-

cam habent adhuc sub iudice lis est. Dum
plures negant, moti decisione textus, in l.
Eos 9.C.qui potiores,vbi creditores haben.
tes reales hypothecas omnibus alijs cre-
ditoribus priuilegiarijs,personales tantum
actiones habentibus præferuntur, & licet
textus ille , in tacitis limitetur per textum
in d,§.1.quoad expressos,eius decisio obser
uāda videtur ex eo quod & si lex suum taci-
tis creditoribus hypothecarijs auxilium de
neget in concursu funerariæ , non debuit
nec potuit ius hypothecæ expressæ propria
pactione quæsitum creditoribus auferre ar-
gumento textus in Authent.de non alienā-
dis rebus ecclesię§.quia vero verisimile ver
17 siculo oportet colla.2. † Vlterius pars hæc
probari videtur ex textu in l.30.Tauri quæ
est l.13. tit.6.lib 5. compila.vbi præcipitur
quod impensæ funeris non ex corpore here
ditatis, sed tantum ex quinto bonorum de
ducātur,si ergo deducuntur ex quinta par.
te bonorum & bona nō dicuntur nisi dedu-
cto ære alieno.l. subsignatum 39. §. bona
ff.de ver.sig.cōsequens est affirmare omnia
defuncti debita funeris impensas præcede-
re,docent Accur.in l. impensa 45.ff de reli-
giosis.Ripa in præsenti n. 48.Nouelus intra-
cta.de dote 10.part. limita. 9. Medi.in tract.
de sepulturis 2.part.q.5.num.72. Conanus
4.comment.c.17.num. 15.Negusan. depig-
no.2.membro .5.parte num: 28. Matien. in
d.l.13.glossa.3.
18 † Cæterum contraria sententia & verior
& religioni , & æquitati magis cōsona est,
pro qua facit textus in d.l.impensa 45. ff.de
religiosis, ibi *semper, & omne creditum solet
præcedere* , quæ verba cum generalia sint
quodcunque creditum comprehendunt ar
gumento legis 1. versiculo & generaliter
cum similibus ff.de legatis. præstan. docet
glossa celebris verbo in funus in l. fin. §. in
cōputatione C.de iure delibe. idque expres-
se confirmauit regia lex 30.tit. 13. part .5.
ibi *maguer este tal debdo fuesse postrimero an-
tes deue ser pagado, que otro q̃ ouiesse fecho el
muerto en su vida,* vbi Gregorius glossa 6.
Ripa sibi parum cōstans intractatu de peste
c.de rem.præseruatiuis cōtra pestē n. 133.
Dueñas reg. 397. nu.7. Gartia in tracta. de
expen. c.8. nu.23. & in hāc partem magis
inclinat Fachine.lib.12.contro. c.49.Gom.
in l.30. Tauri n.2.Azeuedo qui alios refert
in l.13.to.6.lib.5. comp.coadiuuatur senten
tia hæc ex ratione,quæ viget in fauorem eo
rū,qui cadauera sepeliunt,quod à Deo ipso
laudatur, vt constat ex lib.2. regum c.2. &
ex Tobia c 1.2.&14.& ex alijs locis conge-
stis ab Albornoz 1.de arte cont. tit.17.c.3.
Vela de pœnis delictorum c.21.nu.4.

19 † Ex quo tam recte iure statutum,quam
praxi receptum est ne à creditoribus donec
eis sit satisfactum mortuorum corpora de
tineantur l. cum sit iniustum 6. Autēt.item
qui domum C. de sepulchro vio. l. 13.tit.5.
part.7.l.11 tit.16.lib.3. ordina.docent con
tra glossam verbo defuncti in c. ei qui 41.
§ siquis etiam ausus , 2.q.6 & Angelum in
Auth.vt defuncti seu funeeorum§.1. colla.
5.Grego.& Didacus Perez in dictis.ll.Me-
nochi.de arbit.casu.387.num.20. Couarru.
2.variarum c.1.num 10.Gomez. 2. variarū
c.11.num.56.Cuius rei ratio,si qua vera ex
cogitari potest , meo Iudicio ea est, quod
ius illud quod creditor habebat in persona
debitoris,qui heredes nō relinquit mortali-
tate fuit extinctum neq; aduersus cadauer
superest,quod homo,qui contraxit non est:
substantiæ quippe resolutio fit vsque ad
materiam primam,& sic nihil humanitatis
remanet,vt docet Aristot.in prædicam.c.1.
& 2. de partib. animal. c.1.Ex quibus elu-
cidabis iura in l. caro 30. ff. quibus modis
vsusfructus amit. l. quid ergo 56. §. sed si
animal ff.de legat.1. l. mortuo boue 49. in
principio ff.de legatis 2.
20 † Hac parte retenta prioris fundamēta
non obstant. Nō primum ex textu in l. eos
C. qui potiores, nam & si illius l.dispositio
tantum in hypotheca tacita expresse limita
ta sit in d.l. siquis §.1.ff.de religio.ratio ta-
men misericordiæ & religionis quæ in sepe
liendis mortuorum corporibus reperitur ef
ficit vt causa hęc expressis etiā præferatur:
sic etiam generalitas.l. 1.ff.solut. matri. li-
mitatur respectu funerariæ,vt docet Bolog-
ne.in d.l.1.num.203.& alij infra referendi.
Nec ex hoc sequitur illud inconueniens,
quod hoc admisso,resultat illud absurdum
vt lex creditori auferat ius hypothecæ pro-
prio contractu quæsitum ,nam & si subtilis
sit hęc cōsideratio,& plurimum in fauorem
contrariæ sententię facere videatur,respon
detur, quod cum lex creditoribus expressis
non auferat pignora,quæ sua conuentione
acquisierunt,sed prærogatiuam prælationis
quæ descendit à lege: queri non possunt ar-
gumento l.Nec auus.4.C.de emanc.libero,
& sic ex parte creditoris,qui funerarios sum
ptus recuperat,contra eos replicabitur,legē
eis suum non vero eorum denegare priuile
gium,vt in causa dotis considerauit glossa
celebris verbo,licet. versicu.lex enim in l.
Assiduis C. qui potiores.
21 Ad vltimum ex l.30. Tauri & l. 13. tit.6.
lib.5. recop. vt satisfaciant doctores duos
casus,distinguūt.Prior est quando defuncti
bona soluendo sunt omnibus creditoribus
& filijs, tunc prædictæ leges procedunt, &

expen-

expensæ funeris erunt ex quinto bonorum deducendæ. Secundus casus est quando is, qui decessit soluendo non est, tunc enim ante omne æs alienum impensæ deducuntur, & reliquum creditoribus præstatur: ita Rojas in Epito. succe. c. 9. num. 23. Couar. in c. Reynaldus §. 3. num. 2. de testam. Gomez in d. l. 30. Tauri num. 2. plures, quos refert, & sequitur doctissimus præceptor noster primarius Antonius Pichardus in §. cū autem num. 10. institut. de lege Falcidia. Quod si hæc interpretatio tibi non arriserit, ob id quod nimis restringit generalitatē dictæ l. Regiæ, tentari poterit intentum e-itus fuisse funeris sumptibus, & legatis taxam imponere, ne excedant quintam partem, non bonorum, vt perperam plures sunt arbitrati, sed hæreditatis. Nam verbum illud, *de la hazienda*, quo vtitur lex Regia, sonat idem quod Latine *hereditas*, quæ iuris nomen est continens commoda, & in commoda l. hereditaris 119. ff. de verb. significat. vnde cum appellatione hereditatis comprehendantur ea, quæ creditoribus debentur, inconueniens non est, vt his funeraria præferatur.

22 † Hæc locum habent, quoties is, qui in funus alterius aliquid impendit, id fecit animo recuperandi sumptus: secus si religione, aut pietate ductus erogauit, quoniam tunc hanc actionem non habet l. siquis 12. §. prætor ait. l. at siquis 14. §. sed interdum, & §. plærique & §. idem Labeo ff. de religiosis l. quod in vxorem 13. ibi, *quasi recepturus*, C. de nego. gestis l. 12. ibi, *si dixere las face por piedad*, & ibi, *mas si las fiziesse con intencion de las cobrar*, tit. 13. p. 1. vbi Gregorius verbo piedad, Dueñas regula 397. num. 7 Ancharra. 1. quæstio. c. 52. Et licet si non fuerit quis protestatus in dubio pietatis animo impensam factam fuisse præsumendum sit, tā ex supradictis legibus, quam ex l. si pater 35. §. fin. ff. de donationibus, valebit plurimum iudicis arbitrium, qui ex circunstantijs æstimabit, quo animo id factum sit d. §. sed interdum, versi. oportebit, docent Ancarranus, & Dueñas vbi sup.

23 † Sumptus etiam, vt hac actione recuperari possint, non debent esse immodici, sed necessarij tantum habita ratione personæ, & facultatum d. l. siquis 12. §. sumptus d. l. at siquis 14. §. funeris causa cui addas Cuiac. 2. obseru. c. 17. l. funeris 37. cui addas eundem 5. obser. c. 40. ff. de religiosis l. 1. §. fin. iuncta l. sequenti ff. ad l. Falcidiā l. 12. titu. 13. p. 1. ibi, *Aquestas expensas sean fechas mesuradamente, catando la persona, por quien son fechas*, vbi Gregorius verbo, la persona, Garcia de Expensis cap. 8. num. 1. Couarru. vbi supra §. 3. num. 2. Spino d. glossa 2. num. 46. quod & Atheniensium lege fuisse cautum constat, apud quos magnificentius sepulchrum extrui, non licebat, quam quod decem homines triduo perfice re possent ex Cicerone lib. 2. de legibus & alijs: notat Syluius, d. lib. singulari ad leges sacras Roma. c. 23.

24 † Hodie autem standum erit decisioni, l. 2. titulo 5. lib. 5. compilatio, vbi impositus est modus sumptibus funerum quoad ostentationem, & si quoad sacrificia, & oblationes nihil immutatum sit vt notant practici communiter in d. l. 2. Garcia vbi supra Cifuentes, Tellus Fernandez, & reliqui Tauristæ, in d. l. 30. Tauri, & hæc de funeraria actione.

25 † Rursus inter creditores priuilegiarios connumeratur is, qui ex causa depositi venit, pro cuius rei cognitione sciendum est inter alia priuilegia, depositi causæ concessa, de quibus in l. siquis 11. Authentica, sed iam cautum, & in l. fin. C. depositi, vbi Bartolus, Baldus, Salicetus, & reliqui communiter illud connumerari, per quod illi, qui pecuniam apud mensam publicam, idest apud numularios, seu argentarios, hoc est apud nos, *depositarios generales*, alicuius ciuitatis villæ, vel oppidi deposuerunt, reliquis omnibus priuilegiarijs creditoribus, præferuntur l. si hominem 7. §. quoties ff. de positi ibi, *Quoties foro cedant numularij solet primo loco ratio haberi depositariorum*, iuncto ibi, *& ante priuilegia depositariorum ratio habetur*. Ex quibus verbis ius prælationis deponentis colligitur, idque ea ratione fuit introductum, quia cum horum, numulariorum officium publicum sit, & ab ipsa Republica approbatum, quia ei summe vtile est, & deponens fidem publicam, hoc est officialis publici approbati deponendo secutus sit, congruum fuit, vt prærogatiua ei concederetur, qua mediante reliquis creditoribus præferretur, vt ex d. §. quoties constat, & ex l. quod priuilegium 8. ibi, *idque propter necessarium vsum argentariorum ex vtilitate publica receptum est*, ff. depositi, docent Bartolus, & Paulus, in d. §. quoties, Baldus, & Salicetus, in d. l. final C. deposi. Mena d. quæstion 6. §. 2. nume. 25.

26 † Verum huic resolutioni ex diametro obstare videtur textus difficilis, in l. si ventri 8. §. in bonis, supra hoc titulo, vbi idem Vlpianus causam illius, qui apud mensularios deposuit, non ante priuilegia, vt in d. §. quoties, sed post priuilegia esse aperte fatetur. In qua Vlpiani pugna, varie Acc. vtrobique eius tamen sententia priori loco

relata in d.§.quoties scholio 2.admissa videtur dum inter res depositas extantes, aut cõsumptas discriminat, illas deponens recuperat, nullo aut temporis aut priuilegij respectu habito d.l.si hominem 7.§. quoties, has vero nõ nisi post priuilegia hoc est post causas eorum, qui maius & potentius priuilegium habent d.l.si veteri, §.in bonis differentiæ ratio in obscuro non est, nam priori casu quando scilicet res depositæ extant dominus, qui deposuit eas vindicare potest, & nullo aut temporis aut priuilegij respectu habito omnibus præfertur d.§. in bonis ibi, *si tamen numi extent vindicari eos posse pu to*.l.cum fundus 31. §. seruum tuum versi. quoad peculiares ff.si cer.petatur l.procuratoris 5.§.plane ff.de tributoria l. siquis 11. C.depositi authentica siquidC.qui potiores. posteriori vero casuquando scilicet res depositæ non extant tunc deponenti tantum cõpetit ius exigendi depositum per priuilegiũ ei concessum, ita post antiquiores docent Ripa in præsenti nu.2.&in d.§.in bonis nu.12. Duarenus ad tit.C.deposi.versi.aliud singulare est Fornerius 2.sele.c.8.plures quos refert, & sequitur Matienzo in l.7.tit.16.lib.5 nouæ compila.glo.5.num.2.in quam distinctionem reincidit, quam inter alias eligit Osualdus in nota.ad Done. li.23. c. 15.litt. I.

27 † Sed licet hæc distinctio in se verissima sit vt constat ex d.§.in bonis versiculo si tamen, & quoties casus occurrerit sit in praxi obseruanda, quia Regio iure comprobata est vt constat ex l.9.tit.3.l.11.titu. 14.p.5.non tamen conuenit decisioni textus in d.§.quoties qui generaliter loquitur, nec ex eius verbis probatur quod res depositæ ibi extiterint. Secundo ea subtili ratione conuincitur nam priuilegio, quod personali actioni depositi conceditur, tunc locus est quoties creditores admittuntur ad bona cõmunis debitoris, id vero quod vindicari potest in bonis cõmunis debitoris nõ est, & ita in eo nullus cõcursus creditorũ dari potest, nec qui deposuit priuilegio indiget cũ actione rei vindicationis munitus sit. Tandem supra traditus intellectus conuincitur ex textu, ind.l.quod priuilegium 8.ff.depositi vbi statutum est priuilegium per quod deponens, omnibus creditoribus præfertur de quo Papinianus ind,§.quoties præcedẽti, ei quoque competere, non solum quando numi, vel res depositæ extant, sed etiam quando consumptæ sunt.

28 † Quare in tam aperta pugna siquid verũ aut certe verosimilius dici potest, est quod cum ex causa priuilegia æstimentur, deponens cuius causa est publica vtilitas, d.l. quod priuilegium in concursu aliorum est ante priuilegia d.§.quoties non indistincte ante omnia, sed ante ea, quorum causa in publica vtilitate, non consistit, est tamen post ea in quibus non solum fauor publicus, sed etiam maius priuilegium datur, vt idem Vlpianus in d.l. si ventre §.in bonis docuit asserens depositi causam post priuilegia esse, nõ post omnia, sed post ea, quæ sunt fortiora, & sic priuilegium deponentis est veluti intermedium, quod posteriora idest debilia priuilegia antecedit, & anteriora idest fortiora subsequitur ita primus omnium sensit Accursius vbi supra solutione secunda Straccha in tracta.de Mercatur.titulo de decoctoribus vltima.p rub.n.2. Casaneus in Catalogo gloriæ mundi 12.p.conside.99.versi. 13. facit. Gregorius per iura ibi in l.9.tit.3.l.11. & 12.tit. 14.p.5 vbi distinctio hæc comprobata est non solum si in publico numulario vt diximus, sed etiam, si in quocumque alio particulari res deposita fuerit. Igitur si res deposita extat eam dominus vindicat nullo creditorum concursu admisso, si vero non extat deponens priuilegium pro eius exactione habet, iuxta supra traditam distinctionem.

29 † Quod intelligendum est, si res non sub vsuris deposita sit, nam cum tunc potius creditum, quam depositum iudicetur, deponẽs priuilegium non habet, sed cum alijs creditoribus chirographarijs de quib⁹ infra in 2. p.admittitur d.l.si ventri §, in bonis, versic. sed enim vbi ab Vlpiano huius rei ratio traditur ibi, *aliud est enim credere aliud deponere*, vltra Accur.ibi, qui hoc limitat in specie, l.qui nominibus 44 §.1.de administr. tuto. Bart.& Paulum explicant Couanus 7.cõmẽ. c.1.n.2.Rebuffus in l.creditores 10.in fi. ff. de verb.sign. Quid in deposito ficto, & confesso obseruandum sit, & vtrum gaudeat prærogatiuis veri depositi docent Tiraq.de retract.§.4.glo.6.nu.14.Cagno. in l. singularia nu.33.ff de reb.creditis.

30 † Connumeratur etiam inter personales priuilegiarios creditores sponsa quæ dotem dedit, nam si sponsalibus postea renũtiatum fuerit, pro eius exactione priuilegium habet lege si sponsa 77. ff.de iure dotiũ l.2.§. si sponsa supra hoc tit. quo alijs priuilegiarijs personalibus creditoribus qui potiorem causam non habẽt præfertur, nam & si dubitari soleat an præferatur creditoribus habẽtibus hypothecas sicut mulier in repetitione dotis præfertur l.inrebus 30. C. de iure dotiũ l. assiduis 12. C. qui potiores cũ dos & quasi dos æquiparẽtur l. dabimus 4.supra hoc tit. ea sententia, quæ priuilegium hoc sponsæ inter personales creditores tantũ admittit verior est vt cum glossa verbo ad priuilegium versi. alij in d. §. sponsa docẽt Dynus, & Iaco.de Are.quos refertet, &

sequi-

sequitur Barto. ibi num.5. Ripa num,21. Vanderanus de priuilegijs creditorum c.4. quod priuilegium publica vtilitate fuit réceptum, ob id quod rei pub. interest. vt integrum quod sponsa dedit consequatur facilius quippe ætate permittẽte nubere poterit l. interest. 3.sup.h.tit. vbiRipa,& Cumanus, Nouelus de dote 1.p. num.16. Tiraquellus post leges connubia. gloss.2. n. 18.

31 † Respublica etiam creditrix sine priuilegio nõ est, nã si cum aliquo contrahat in exactione sui debiti inter priuilegiarios personales connumeratur l.bonis 22.§. respublica infra hoc tit. l.2. C.iure Rei pub.lib.11. vbi cum de pignore dubitatum esset, fuit statutum Rei publicæ causam, si neque beneficio sibi concesso ius nacta sit, neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexerit, nõ separari à cæteris creditoribus hoc est à reliquis personalibus priuilegiarijs: quo pertinet Marti.dictum in l. simile 10.ff. ad Munici, *simile ait, priuilegium fisco nulla ciuitas habet in bonis debitoris nisi nominatim id a principe datum sit*, ex quibus verbis discrimen inter fiscum & Rempublicam cernitur, illius enim commoditas ad omnes omnino prouincias PopuliRomani extenditur, huius vero si quæ sit vtilitas, intra suos se continet ciues, & sic eius causa inter personales tantum priuilegiarios constituta est. docent Bartol. & Cumanus in d. §. Respublica idem Bart. in d.l.2.C.de iure Rei.lib.11.vbi Peña.& Pletea.Ripa. in l.1.§.si heres num.17.ff.adTrebellianumCona.4.com.c.16.Cuia.10.obser.c.35.Done. d.li.23.c.14. vbi Osoald. innotatis litt. D. Azeued.in l.4. titu.5 lib.7.compi.

32 † Quod confirmatur sumpto argumento, ab speciali, quod validum esse probat Euerardus in locis lega.loco ab speciali pa.mihi 561. ex textu in l.Antiochensium 21.infra hoc tit.ibi, *quod lege sua priuilegium in bonis defuncti debitoris accepit ius persequendi pignoris durare constitit*, vbi Papinianus priuilegium tacitæ hypothecæ, quod lege sua Antiochiæ splendidissimæ ciuitatis Celæsyriæ competebat in bonis defuncti debitoris non esse durare affirmat, nec esse sublatum Seueri Impera.edicto, quo omnia iura, & priuilegia Antiochenis ademit ex causis relatis ab Ælio Spartiano in Seuero, & sic post adẽpta Antiochenis priuilegia hoc tacitæ hypothecæ durare Papin. ait quoniam tantum ea ademit Seuerus, Antiochenis, quæ dederat ipse non vero ademit ea, quæ ea ciuitas lege sua, & more patriæ recepto, antiquitus habuit, & exercuit, vt sic eorum verborum sensum calleas. *Quod lege sua priuilegium in bonis defuncti debitoris accepit*, vt animaduertit doctissimus Cuiac.lib.10.respon. Papin.in d.l.Antiochensium, & sic colligitur causam ciuitatis, nisi priuilegiata sit inspecie, non separari à reliquis priuatis: Ciuitates enim priuatorum loco habentur vti colligitur ex l.1.§.si tamen ff.de ædilitio edic.l ob pecuniam 81. ff. de furtis; & probat l. eum qui 16.ff.de verb.sign. vnde cum in iure tacite hypothecæ Res publica priuilegiata nõ sit d.l 2. C.de iure rei pub.lib.11. cum similibus, inter personales priuilegiarios, ius tantum habet vt ex supradictis constat.

33 † Neque aduersatur huic resolutioni tex. in l.fin. C.quo quisque ordine conueniatur lib. 11. ex quo Doctores communiter probãt Rempublicam in bonis sui debitoris ius taciti pignoris habere, nam omissa sententiæ eorum, qui iudicant textum in d.l. bonis §.res publica, cum similibus intelligendum esse, & exponendum per iura, in d. l. Antiochensium, & in d.l.fin. quæ expresse conuincitur per textum in d.l.2.C. de iu. Rei. verius arbitror, cum queritur an Respublica in bonis sui debitoris hypothecam habeat duos casus fore distinguendos, & separãdos, primus est cum Respublica tanquam creditrix, cum alijs creditoribus chirographarijs ad bona communis debitoris concurrit, secundus quando concurrit ad bona sui administratoris. Primo casu nullam hypothecam habet d.§.Respublica d.l.2. secundo vero casu ius tacitæ hypothecæ in bonis sui administratoris à lege ei inditum est, textus ita intelligendus in d l. fin. C. quo quisque ordi. conue.lib.11. ratio ex eo descendit, nam cũ Respublica, & minor regulariter in iure æquiparentur l.qui solidum 80.§. etiam vbi notat Imola.ff.delega.2 l.Respublica 4.C. quibus causis maio.l.3.C.de iur. Res. li.11. Regia l.10.ti.19.p.6. ibi *Porque los bienes de las Iglesias è de los Reyes è de los Concejos*, iuncto ibi, *Ayan aquel priuilegio, è aquella mejoria, que han las cosas de los menores de veynte y cinco años*, vbi Grego.glo.1.& fin. notat, Euerar.in locis lega. loco de pupillo, ad Rempublicam, Bal.in d.l.Respublica, nu.2.vbi Angelus plures relati ab Sfortia in tracta.de restitu.integ.1.p,q.3.ar.1.& minor in bonis sui tutoris aut curatoris pro administratione tutelæ aut curæ ius tacitæ hypothecæ habeat l.pro officio 20.C.de administra.tuto.vbi Bart.& classici omnes, Donelus 3.com.c.12.Faber in Papinianea tit.12.princi 7.illatio.7.& 68.ita & Reipublicæ in bonis sui administratoris ius hoc tacitæ hypothecæ indultum est, docent Alex.in l.1.§.si hæres circa finem ff.ad Trebel. Roma. consil. 408.Negusancius de pigno.4.men.2.p.principi,n.119.Scouar de ratiocinijs c.39.nu.6.& 7.Grego.glo.4.in l.23.titu.13.p.5.& Azeuedo vbi sup.

34 † Habet etiam priuilegium is, qui pecu-
niam credidit in nauem extruendam, armã-
dã ve, vel etiam emendam, l. qui nauem 11.
l. quod quis 19. hoc tit. est enim nauium ne-
cessarius vsus, in earumque numero, & ro-
bore salus, & præsidium Reipub. consistit,
& sine eis, neque bellum mari gerere, neque
aduersus vim, & incursus hostium, aut pira-
tarum tuti esse possumus: docent Bartolus,
& Cumanus in d. l. quod quis 19. Donelus d.
35 lib. 23. cap. 15. † Is quoque priuilegium
habet, qui pecuniam dedit, vt ad credito-
res priuilegiarios perueniret, & perue-
nit, hoc est creditoribus priuilegiarijs solu-
ta est, vt inde debitor liberaretur: neque in-
tererit, an quis dederit eam pecuniam ipsis
creditoribus priuilegiarijs, an debitori, à quo
deinde creditoribus sit numerata, dummo-
do, id non post aliquod interuallum factum
sit l. si ventri. 8. §. eorum supra hoc tit. l. 2. ff.
de ces. bono. vbi Vlpianus, huius rei ratione
tradit ibi, *in locum eorum succedunt*, repo-
nitur enim is, qui pecuniam dedit in locum
priuilegiarij taliter, vt quo iure quove loco
fuerit is, cuius in locum succeditur, eodem
iure, & loco habeatur is, qui successit: docet
Bart. in d. §. eorum, quem ad quæstiones cele
bres expendit, Cumanus, ibi nu. 1. Donelus
vbi sup. d. c. 15. Pupillus, in bonis illius, qui
cum tutor non esset, pro tutore negotia ges
sit, reliquisque, quibus quasi debilibus, vel
prodigis, curatores dantur, veluti surdo, mu
to, vel fatuo: priuilegium exigendi, inter
priuilegiarios personales habent, l. dabimus
4. §. 1. cum duabus sequentibus supra hoc
tit. docent Bart. & Cuma. in d. §. 1. Doctores
in l. de creationibus 10. C. de episcopal. au-
dient. Dotis vero causa, & pupilli respectu ve
ri tutoris, & si hoc Digestorum iure, inter
personales priuilegiarios connumerarẽtur:
tamen cum nouioribus Principum, consti-
tutionibus, ius hypothecæ eis inditum sit,
non ad hanc, sed ad tertiam huius prælectio
36 nis partem spectant.
† Vidimus, qui sint creditores personales
priuilegiarij, nunc vt promisimus stemus in
hac. 1. p. videndum superest, qualiter eorum
sit habenda ratio, si ad bona communis de
bitoris venerint; vt sic recte percipere possi-
mus, quid Paulus in præsenti docu erit. Ve-
rum, vt id assequamur, & vt qua soletis cla-
ra methodo scripta nostra excipere, hæc de
gusteris, è re erit, certas quasdam regulas cõ
stituere: quibus veluti Arachnes filo ducti,
hanc inuolutam materiam, & à Doctoribus
adeo obscure tractatam, & quam feracem
appellat Osuald. supra littera A. extricare
possimus. Sit ergo prior si ad bona commu-
nis debitoris venerint plures creditores per
sonales priuilegiarij eiusdem tituli; hoc est;
plures, qui deposuerunt, vel funeris sumptus
fecerunt, non ex tempore eorum priuilegia
æstimantur, nec qui prior in deponẽdo fuit,
posteriori præfertur: sed simul vocantur, &
omnibus ratione debitæ quãtitatis, & bonis
debitoris satisfaciẽdũ est; vti ex Paulo in præ
senti colligitur ibi, *& si eiusdem tituli fuerint,*
cõcurrunt l. si hominem 7. §. fi. ff. depositi, Re
gia. l. 11. versi. *mas si todos* titulo 14. p. 5. ete-
nim per concursum, hi creditores, qui pari-
ter priuilegiati sunt, ad terminos iuris com-
munis reducuntur: & sic nullus priuilegio
suo gaudet, l. verum 12. §. fin. ff. de mino. l.
sed, & milites. 10. in principio versi. coæ-
qualitas ff. de excusatio. tuto. cum Accur. in
præsenti docent Bart. nu. 1. Cuma. 4. Cynus
in l. 2. C. de priuile. dotis. Dynus in regula
qui prior de. re. Iur. in. 6. Donelus d. lib. 23.
c. 15. prope finem. Gregorius in. d. l. 11. par-
37 titæ.
† Sit secunda regula, si ad bona cõmunis de
bitoris venerint plures creditores priuilegia
rij diuersi tituli, qui maiori & potẽtiori priui
legio nituntur reliquis præferuntur, cum
priuilegia si non ex tempore ex causa tamẽ
æstimentur, vt colligitur ex Paulo in præsẽti
ibi *Priuilegia non ex tempore, sed ex causa æ-
stimantur* l. ex facto 53. versi. plane. & versi.
sidos ff. de peculio. Verum tota difficultas, &
vis huius materiæ cõsistit, vt cognoscamus,
quæ priuilegia sint cæteris maiora & poten-
tiora: quod si cognouerimus facillime de cau
sa vniuscuiusque iudicare poterimus. Va-
rijs tamen expositionibus omissis, id est v-
niuscuiusque priuilegij ratione pendere
iudico. Nam illius creditoris maius, & po-
tentius priuilegium erit, cuius ratio bono
publico, & vtilitati communi magis acce-
dit: quodq; maioribus de causis concessum
est, vnde licet priuilegia deponentibus con
cessa, & præstita ijs, qui in funera aliorum, ali
quid impenderunt, bono publico fundentur
vt notasti supra n. 15. tamen cum maius bo
num publicum consideretur, in eo vt mor-
tuorum corpora sepeliantur, nec minus Rei
publicæ, & hominum societati intersit mor
tuos humari, quam conseruari viuentes, te-
ste Baldo. in l. fin. nu. 7. C. de neg. gestis, in
concursu deponentis, & funerantis, erit hic
præferendus, & siquid ex bonis debitoris su
perfuerit ex eo erit deponenti satisfacien-
dum doc. Bar. Cuma. Donelus, & reliqui su-
pra relati.
38 † Denique in hac materia sit tertia, & vlti-
ma regula, si ad bona communis ~~creditoris~~,
plures priuilegiarij creditores diuersi tituli
venerint, nec constare possit, cuius causa
potentior sit, veluti si venerit Respublica,
& pupillus, aduersus eum, qui verus tutor,
non fuit, sed pro tutore, gessit, vt in specie,

l. Dabimus 4. §. 1. supra hoc tit. tunc nullus eorum alteri erit præferendus, sed perinde, ac si eiusdem tituli, & causæ fuerint, erunt in tributum vocandi. Ita cum Accur in præsenti Bart. Cuma. Alberi. & reliquis docet Ripa n, 58. Mena primo varia. q. 6. ar. 3. nu. 38. Matien. in l. 7. tit. 16. li. 5. compila. glo. 5. nu. 13. vbi n. 14. cum Ripa in præsenti n. 57. animaduertit supradicta procedere nisi alter ex prædictis creditoribus diligentior fuerit in solutione consequenda, nam tunc alijs præfertur l. inter eos 19. vbi glo. verbo occupantis ff. de re. iur. d. l. si hominem §. quoties ff. depositi l. 1. tit. 14. par. 5. vigilantibus enim, & non dormientibus ius ciuile scriptum est l. non enim 16. ff. ex quibus cau. maio. l. pupillus 24. ff. quæ in frau. cred. l. 2. C. de annali exceptio. & hæc de prima huius materiæ parte.

39 † QVOAD secundã, illi dicuntur creditores chirographarij, qui neque priuilegium inter personales creditores habent neque hypotheca aliqua sibi consuluerunt, neque à lege eis indita est, sed chirographo, hoc est nuda tantum personali obligatione nitutur l. si ventri 8. §. in bonis supra hoc titu. l. 11. tit. 14. p. 5 docent Stracha in tract. de mercatura titulo de decocto vltima. p. n. 16. Fornerius 1. selec. ca. 18. pater Molina tom. 2. de iustit. dispu. 536. Matien. in d. l. 7, titu. 16. lib. 5. compil. glos. 5. nu. 15. Hi ergo creditores, si ad bona communis debitoris venerint, neque ex tempore, neque ex causa, eorum debita æstimantur, sed omnes potius vnumgradum cõficiunt, & si bona non sufficiant; prorata simul admittuntur, probat Paulus in præsenti ibi, *& si eiusdem tituli sunt concurrunt*; l. procuratores 5. §. si plures & §. plane ff. de tributo. actio §. introduxit institut. quod cũ eo l. si hominem 7. infine ff. depositi iuncta l. verum 12. §. fin. ff de mino. d. l. 11. tit. 14. p. 5. ibi, *Si de los bienes del debdor no pudiessen ser pagadas las debdas deuen los partir segun la quantia, que deue auer*, docent Ripa in præsenti num. 28. & 58. Baldus in l. pro debito nu. 1. C. de bonis autho. iudi. Moli. vbi sup. Straccha. d. n. 16. vbi ex Baldo huius rei rationem tradit, quia licitum fuit debitori per cumulum creditorum, deteriorem facere causam priorum: neque dominium, neque hypotecam neque priuilegium habentium, elegans textus in l. 1. §. ex contrario ff. de separatio. prosequuntur Bald. & Straccha vbi su. Matien d. glo. 5, nu. 15.

40 † Verum huic receptæ traditioni aduersatur difficilis textus in l. operis 29. ff. locati, vbi in operis duobus simul hoc est in solidũ vel vt eodem tempore præstarentur locatis priorem conductorem præferendum, euidẽter Vlpianus docet. quod vtique admittendũ non esset, si in chirographarijs creditoribus concursus daretur. In hac difficultate, omissa prima solutione glo. in d. l. in operis, duo sunt casus distinguendi, prior quando quantitas debetur, alter quando operæ in obligatione continentur: in primo doctrina numero præcedenti tradita procedit; in secundo decisio textus in d. l. in operis; discriminis ratio inter vtrumque casum, ex principijs iuris petenda est, nam cum quantitas est in obligatione cum partium præstationem recipiat, l. 2. §. 1. in principio ff. de verb. oblig. si ad eam plures creditores venerint, prior reliquis potior non est, sed inter omnes diuidetur, vt supra constitutum remanet. Cæterum cum non quantitas, sed operæ debentur, concursus creditorum non admittitur, sed potius temporis ratio habetur: quod ex incompatibilitate concursus eorundem creditorũ oritur, nam operæ neque in solidum, neque pro parte simul, pluribus præstari possunt. Vnde cum simul vnus artifex hic, & illic operari non valeat, nec eius opera commode inter concurrentes diuidi possit, l. in stipulationibus 54. §. operarum l. Stipulationes non diuiduntur 72. ff. de verb. oblig. merito inter creditores temporis ratio habetur, & qui prior est tempore, præfertur d. l. in operis vbi post glossam docet Bart. num. 1. Cuman. in præsenti nu. 8. Ripa 55. Gomecius 2. var. c. 2. nu. 20.

41 † Hoc tamen solet limitari casu, quo artifex cœpit operari secundo, tunc enim ratione traditionis, secundus præfertur, vti argumento textus, in l. quoties 15. C. de rei vindi. iuncta l, 2. ff. locati contra Iasonem, in eadem l. quoties nu. 32. resoluunt Alex. consi. 121. volum. 5. Couar. 2. var. c. 19. nu. fi. Gom. vbi sup. Quod & in aduocato, qui à duobus salarium recipit, & vtrique quia interse litigant patrocinari non potest, docet Ripa in præsenti n. 59. & in eo, qui bonis cessit, & creditoribus traditur, vt ex operis vnusquisque debitum recuperet iuxta l. 4. & 5. tit. 15. lib. 5. recop. idem erit dicendum, nam & si debitores personales sint, primus præferendus erit, prosequuntur Auenda. Rodericus Suarez; & alij relati à Matien. in d. l. 4. n. 3. & hæc de secunda parte.

42 † QVOAD TERTIAM, vbi de hypothecariorum natura erit agendum, sciendum in primis, mulierem pro exigenda dote, non inter personales priuilegiarios, vt tempore digestorum, sed ex nouis Imperatorum constitutionibus, inter hypothecarios creditores connumerari. Verum vt perfecte, quæ ad hanc actionem spectant, exponamus, de qua late Doctores, in l. 1. ff. solu. matr. vbi eruditus Barbosa Ripa, in hac l. priuilegia n. 47. Iason Faber, & reliqui communiter in §. fuc

rat.institut.de actionibus Abbas,& Canoni-
stæ in c.exhæreris de pign. Costanus in tract.
de dote c.7. Negusan de pign.4. mem.2.p.n.
94. Donel.in eodem tract.c.12. Baldu.in Iu-
stinia.pa.220. Mercer.in auth. Res quæ C.cō-
mu.deleg.à nu.17.& alij passim infra refe-
rendi.† Prælibandū est olim,pro recuperan
43 da dote, nullam introductam fuisse actionē
teste Gellio 4.noct. Atica.c.3.Cuia.10.obser
ua.c.1. cum matrimonia morte solum dissol
uerentur,& superstitibus liberis materna
bona ex successionis causa applicarētur. Po
stea verò cū diuortia esse cœpissent,quibus
initium præstitit Carbilius vir nobilis, cui
Ruga cognomentum fuit,qui anno vrbis cō
ditæ 513. Marco Aquilio,& Publio Valerio
consulibus,diuortium cum vxore fecit,quia
liberi ex ea corporis vitio non gignerentur
vt autor est Gellius vbi sup. notant Plutar.
in vita Romu. Coua.in 4.2.p.c.7.§.4. Barbo.
in ru.1.p.ff.solu.ma.introducta fuit actio rei
vxoriæ,vt constat ex Gellio sup Carolo Sigo
nio de antiquo iure Roma. ca.9. Oromano
de dotibus pag.penul. Costano eodem tract.
c.6.nu.11. qua dissoluto matrimonio,mulie
ri contra maritum subueniebatur, l.1. cum
sequentibus ff.solu. mat.l.vn.in princ. C. de
44 rei vxo. actio. † Hæc autem actio cum bo
næ fidei esset, l.sed & si 22.in fine. ff.soluto.
matri.§.fuerat institu.de actio. executio eius
varijs ex causis impediebatur, præcipuè si
compensatio à marito mulieri dotem repe-
tenti obijceretur, ob liberos scilicet, ob
impensas,ob res donatas,ob amotas,ob mo
res,l.diuortio 8.§. ob donationes l. rei iudi-
catæ 16.§.heredi l.si constante 25.§.si vxor
l.in his rebus 66. §.1.ff. solut matri. l. quod
dicitur 5.ff.de impen. in rebus. dota. fac.
cui addas Fabrū 1.coniec.c.2.l.1. C. rerum
amo.l.vnica §.taceat C.de rei vxo.act. Vlpia
nus in fragmen. versi. retentiones, vbi Cu-
iacius,Duarenus in d.l.diuortio 8.§. ob do-
45 nationes. † Verum cum insufficiens ex su
pradictis causis prædicta rei vxoriæ actio
fuisset,cœperunt quæ nubebant,à maritis in
casum diuortij, dotes stipulari, teste Paulo
lib.2. sententia. tit.22. versi.2. vt sic minus
compensationes admitterentur, cum actio
ex stipulatu stricti iuris sit l. quia tantun-
dem 7.ff.de negot.gest. & in ea tantum ve-
niat, quæ verbis palam expressa sunt,l.quid
quid 99.ff.de verb. obli.præterquam si præ-
toria esset stipulatio l.si ambo 10.§.quoties
versi.in stipulationibus ff.de compensa.vel si
rerum amotarum nomine obijceretur l. 1.
versi.cum igitur C. rerum amo. Sed licet
per actionem ex stipulatu melius mulieri-
bus consuleretur, cum tamen,non aliter cō
peteret, quam si solemniter fuisset interpo-
sita, teste Iulio Paulo vbi supra,& ob sexus
fragilitatem, mulieres, tempore datæ dotis
aut stipulationes omitterent,aut ex defectu
formæ,quæ in ea debet interuenire, §.1.in
stitut. de verb.oblig.inutilem eam interpo-
46 nerent. † Iustinianus dotibus prospiciens
eam fingit,& ex ficta stipulatione nō minus
quam si solemniter fuisset interposita, actio
nem ex ea pro exigenda dote concedit, ru
brica,& l.vnic.in princ.C.de rei vxoria act.
vbi Accur.verbo subsequuta, docent Dua-
renus in d §.ob donationes Corra.in l.qui
liberos n.84.ff.de ri.nup. Meno.li.3.præsū.
5.n.4. Et licet hæc stipulatio, in locum rei
vxoriæ subrogata eius naturam induat, l.
si eum 10.§.qui iniuriarum ff.si quis cautio.
& sic sit bonæ fidei,adhuc cessant in ea anti
quæ retentiones, d.l.vnic.§.taceat,quia res-
pectu retētionum actio hæc stricti iuris est,
& dumtaxat in dotis exactione, bonæ fidei
iudicatur §.fuerat.institu.de actionibus,vbi
latissime Iason Faber,& ordinarij Corrasius
& Duar.vbi proxime.

47 † Cæterum hæc actio, quæ ex stipulatu,
pro recuperanda dote mulieri competebat,
personalis erat,& in maritum tantum diri-
gebatur l. Maritum 13.ff.soluto matr.§. itē
si de dote instit de actio.iuncto §.omnium
versi.1.eodē, & tantum inter personales pri
uilegiarios creditores prærogatiuam præla
tionis habebat,l.dabimus 4 supra h.ti..l.as-
siduis 12.in principio C.qui potiores.& sic
si, cum creditoribus hypothecarijs cōcurre
ret,succumbebat,ex regula l. eos C. eod.l.9.
tit.3.p 5.vnde cum assiduus esset pignorū
vsus,tam ex propria contrahentium conuē
tione,l.1.cum sequentibus ff.&C.de pign.
quā ex dispositione legis l.1.& per totum ff.&
C.in quibus causis pig.vel hypo.tacite.l 25.
cum seq.tit.13.p.5. assiduus etiam erat mu
lierum luctus,dum deperditas dotes,coram
Imperatoribus lugebant,& ab anterioribus
maritorum creditoribus substantias earum,
detentas affirmabant, vt Iusti. exorditur
in d.l.assiduis.

48 † Cui malo medicinam adhibere cupiens
Imperator mulieribus tacitam hypothecam
in rebus mariti concessit,in l.vn.§.& vt ple
nius C de rei.vxo.actio.§.fuerat.institu.de
actio. qua mediante omnibus priuilegiarijs
personalibus præferebatur l.procuratoris §.
plane ff.de tribu.actio.l. pro debito 6.C.de
bo.auto.iudi.pos. l.9.vbi Greg.glō.3.tit.3.
p.5.docent doctores indictis iuribus Roma
nus in l.si constante col.1.ff.solu.ma. Ripa,
in hac l.priuilegia n.84. Nouelus de dote 3.
p.priuil.37. Verum cum adhuc mulieribus
non esset satis cautum,ob id,quod de præla
tione circa hypothecarias actiones eis non
erat prospectum,& in concursu anteriores
mariti creditores hypothecarij,potiores es-

sent

sent, ex regula legis fundum 4. cum similibus C. qui potiores idem Iustinianus priuilegium eis concessit, quo mediante omnibus mariti creditoribus anterioribus præferentur d. l. asiduis versi. ad hæc omnia, vbi cum Bart. reliqui notarunt.

49 † Sed incidit scrupulus non leuis, nam mulieribus circa anterioritatem, prospectũ erat ante decisionem d. legis asiduis, per textũ, in l. in rebus C. de iure doti. cuius decisio ante promulgata fuit quam hæc l. asiduis, vt colligitur ex eius verbis ibi, *alias duas constitutiones fecimus pro dotibus mulieribus subuenientes*, iuncta glo. verbo *constitutiones*, dum exponit, idest constitutio legis vnicæ C. de rei vxo. actio. & l. in rebus 30. C. de iure doti. Præterea id euidenter probatur ex serie earundem legum quoniam textus in d. l. in rebus promulgata fuit anno tertio Imperij Iustiniani Consule Decio, textus in hac l. Asiduis anno 5. eiusdem Imperij post consulatũ Lampadij & 534. à natiuitate Domini, vt cõstat ex Vvolfango in symphonia iuris pag. 902 col. 3. Costano de dotibus c. 7. n. 11. Balduì. in Iustin. pag. 369. igitur si antea circa prælationem mulieribus consultum erat per textum in d. l. in rebus vt constat ex eius verbis ibi, *neminem creditorem mariti*, iũcto ibi, *hypothecam omnibus anteriorem possidere*, superflua redditur decisio d. l. Asiduis, in qua prælationis beneficium, mulieribus iã antea præstitum refertur.

50 † Verum alijs expositionibus omissis, huic difficultati respondetur Iustin. in d. l. in rebus prætulisse mulieres anterioribus mariti creditoribus, non generaliter, & indistinctè, sed solum in rebus, quas mulier, in dotem marito dedit, hę si consumptæ essent, in reliquis nullatenus præferebatur, vt constat ex serie eiusdem l. in rebus. At in d. l. Asiduis eas prætulit omnibus creditoribus siue res dotales extent, siue non in quibuscumque rebus eiusdem mariti, vt rectè adnotarunt, in d. l. in rebus Bart. n. 1. Ange. 2. Bald. 5.

51 † Vtrum autem prærogatiua hæc prælationis sit respectu eorum, qui tacitam, an vero eorum, qui expressam hypothecam habẽt ingens & vexata quæstio est, & in qua ab ipsis iuris primordijs non inter interpretes tãtum, verum etiam inter ipsos legum latores magnum est bellum. Et Bulgarus antiquus glossator, quem refert Accur. verbo *licet*, in d. l. Asiduis, & verbo *creditoribus*, in §. fuerat institut. de actio. existimauit mulierem tacitis tantum, non vero expresis, præferendam esse, pro qua sequentia faciunt.

52 † Primo, nam qui in iure reali prior est, reliquis præfertur, nisi contrarium in iure expressum sit, l. 2. l. qui balneum 11. l. Claudius 17. ff. qui potiores. At in habentibus expressam non videtur ab hac regula recessum: ergo ei standum est l. quoties 13. vbi Bart. notat ff. si quis cautio.

53 † Vlterius facit, nam & si lex suum auxiliũ aliquando denegat, nemini tamen aufert ius propria conuentione quæsitum l. si post mortem 10. §. fi. ff. de contra tab. glo. in l. 1. C. si aduer. vend igitur ferendum non est, quod ius quæsitum anterioribus creditoribus propria cõuentione, tollatur ex eo, quod postea maritus dotem susceperit argumento legis filius 13. C. de pactis l. 3. de trans.

54 † 3. facit æquiparatio mulieris, & fisci, de qua in l. 2. C. de priuilegio fisci, at fiscus non præfertur anterioribus habentibus expressas hypothecas l. pignus 8. ff. qui potiores. igitur neque mulier præferri debet.

55 † Facit l. vbi adhuc 19. C. de iure doti ibi, *vel à creditoribus posterioribus, vel ab alijs, qui non potiora iura legibus habere noscuntur.*

56 † Denique pro hac parte expendi possunt iura in l. satis 4. C. in quibus cau. pig. taci. l. vtilitas C. de primipilo lib. 12. vbi primipilaris causa mulieri præfertur: hanc Bulgari sententiam defendunt Alex. Socinus, & alij relati à Ripa in l. 2. n. 8. supra hoc tit. & consuetudine receptam dicit Andreas Siculus inc. ex literis nu. 9. de pigno. & disputando eam defendit Corra. in l. qui liberos à nũ. 243. ff. de ritu nupti. Pet. Greg. lib. 9. syntag. c. 14. n. 4. Donelus in tract. de pigno. titu qui potiores col. pen. & in d. l. Asiduis & lib. 14. com. c. 7 vbi Osuald. in nota litt. G. late Gom. in l. 50 Tauri nu. 39. Matienço l. 7. tit. 16 lib. 5. recop. gl. 5. n. 4.

57 † Martinus autem ab eodem Accur. relatus vbi sup. in contraria fuit sententia, dum existimauit indistinctè mulieres omnibus creditoribus esse præferendas. In cuius confirmationem, facit d. l. Asiduis ibi, *potiora iura contra omnes mariti habere creditores licet anterioris sint temporis priuilegio vallati*, ex quibus manifestè colligitur Iustiniani intentum volentis præferre mulierem omnibus creditoribus hypothecam anteriorẽ habentibus.

58 † 2. faciunt verba d. l. in principi ibi, *Asiduis additionibus*, ex quibus deprehenditur, propter anteriores mariti creditores expressam hypothecam habentes d. l. asiduis factam fuisse, non propter eos, qui tacitã habent, nam cum hi rari sint, propter eos nõ poterant mulieres ita asidue dotes perdere, & ob id quotidie deperditas dotes lugere.

59 † 3. faciunt rationes, quas Iustinianus cõsiderat in versi. *nec ad fragilitatem*, & in vers. *oportebat*, & in versi. *quis enim earum non miseratur*, quæ omnes cum militent æqualiter respectu creditorum, expressas anteriores hypothecas habentium, erit etiã eis mulier præferenda argumento legis illiud. 2. vers. cum

 enim

enim ff. ad l. Aquiliam l. à Titio 108. in fi. ff. de verb. oblig. alias enim non bene Iustinianus in versi. *Et ideo*, eiusdem legis asiduis, antiquitatem reprehenderet, quia dare cæperat, & id non consumauerat, si sua constitutione mulieres omnibus indistincte nõ præ
60 ferentur. † 4. denique vltra alia, in huius rei confirmationem potest expendi iuris axioma de quo in l. de accessionibus 13. vers. *nam qui me*. ff. de diuer. & tempo. præs. *Quod si vinco vincentem te, à Fortiori vincam te.* Quo suposito, tunc sic: creditores, qui mutuarunt pecuniam ad refectionem domus, vel ad rem comparandam, & si posteriores sint præferuntur anterioribus expressam hypothecam habentibus l. interdum 5. ff. qui potiores l. licet 7. C. eodem l. 26. & 28. ti. 13. p. 5. At his præfertur mulier Authen. Quo iure C. eodem l. 29. versi. *Elas cosas* tit. 13. p. 5 igitur necessario sequitur mulierem illis creditoribus anterioribus, præferendã esse. Martinum sequuntur Crotus in l. 1. n. 68. Vologne. 117. ff. solu. matri. Corra. in d. l. qui liberos n. 119. ff. de Ritu nupti, Vrsilius in §. fuerat n. 13. vbi Cuiatius insti. de actio. Costanus de dotibus c. 7. n. 5. Fachineus li. 3. cõtrouersi. c. 99. Barbosa, qui plures congerit, in l. 1. 6. p. n. 5. ff. solu. matrim.

61 † Neque si hanc sequaris sententiam, quæ in stricta disputatione, verior videtur, contrariæ fundamenta obstabunt. Non primum, cũ ius minor propositio falsa est cum satis colligatur ex d. l. Asiduis mulierẽ omnibus creditoribus indistincte præferendam, & sic limitata reperiuntur iura in d. l. 2. d. l. qui balneum cum similibus ff. qui potiores.

62 † Non secundum: nam ex eo, quod lex priuilegium prælationis generaliter mulieri cõcedat non sequitur quod à prioribus expressis auferat ius propria conuentione quæsitũ: quoniam aliud est ius hypothecæ, aliud lõge diuersum ius prælationis, illud quod propria conuentione acquisierunt creditores, ab eis lex non aufert, hoc vero quod ab ipsa lege descendit dum statuit, quod qui prior est tẽpore potior sit iure, iustis de causis, quæ in cõseruatione, & restitutione dotis, reperiũtur, lex ipsa potuit à prioribus creditoribus auferre, & sic ex parte mulieris poterit aduersus creditores replicari, legem eis suum, non vero eorum auxilium denegare.

63 † Ad tertiũ ex textu in l. 2. C. de priu. fisci Res. procedere tempore illius constitutionis, non vero post constitutionem d. legis assiduis: postquã certum est, mulierem & fiscum non æquiparari quando quidem fiscus, nullis creditoribus anterioribus præfertur, d. l. si pignus 8. ff. qui potio. l. vni. in fi. C. rem alienam geren. iuncta l. pro officio 10. C. de admi. tu. cum tamen manifestum sit, post d. l. assiduis mulierem anterioribus præferri.

64 † Ad quartũ ex d. l. vbi adhuc. Res. textum illum, qui multo ante editus fuit, vt supra notasti, suppleri per textũ in d. l. assiduis, iuxta quam cum iam priuilegium prælationis habeat mulier non solum contra secundũ, sed etiam contra primum mariti creditorem potior erit.

65 † Ad vltimũ ex d. l. satis C. in qui. cau. pig. & l. 2. C. de primip. li. 12. Res. procedere in causa primipilari in cuius fauorẽ plura specialiter statuta sunt cũ ex ea totius exercitus robur ac nerui, necnon reipublicæ salus dependeat, & sic pro ea obnoxia sunt, tã dotalia vxoris bona quã filiorũ facultates tamet si patris heredes non existãt cum tamẽ alioqui, nec filius pro patre nec vxor pro marito conueniatur: docent Corrasius 5. misce. c. 4. Cou. 1. va. c. 16. n. 7. Gre. gl. 7. in l 25. ti. 13. p. 5. vbi de officio primipilari eiusq; priuilegijs, & ante eos Liuius li. 2. deca. 5. Vegec. de remilita lib. 2. cap. 21. ex quibus in puncto iuris magis vera videtur Martini sententia, quam contraria Bulgari.

66 Iure tamẽ Regio Bulgari sentẽtia admissa est à qua in iudicando, & consulendo nõ recedas Regia l. 33. versi. *fueras ende*, titu. 13. p. 5. qua expresse dispositũ est mulierẽ pro dote anterioribus mariti creditoribus, qui expressa pignora acceperunt nõ præferri: notarunt Greg. in d. l. 33. gl. 4. Cou. 1. var. c. 7. n. 1. Gome. in l. 50. Tauri n. 39. Matien. in l. 7. tit. 16. li. 5. reco. gl. 5. n. 4. Ceua. in prac. q. 371. Done. in d. l. assiduis, & li. 14. com. c. 7. vbi Osua. in notatis lit. G. Cuius l. Regiæ decisio erit obseruãda, etiã si mulier expressam accipiat hypothecã, nã adhuc nõ erit præferẽda anterioribus expressis. Omissa enim opinione Angeli in Auth. de æqualita. dotis §. his consequens colla. 7. Areti. in l. 1. n. 7. vers. *item debes scire* ff. solu. matr. existimãtium mulierẽ, in hoc casu præferendam expressis anterioribus sumpto argumẽto de tacito ad expressum, Verius est non nisi tacitis anterioribus mulierẽ præferendã, & hoc ratione tacite hypothecæ, quæ priuilegium prælationis habet nã expressa, quæ ex partium cõuentione descendit in reliquis iuris cõmunis regulis supposita est, docet Salic. in d. l. assiduis n. 3. Corra. in d. l. qui liberos nu. 117. ff. de ritu nup. Cõua. vbi proxime Gome. in d. l. 50. Tau. n. 40.

67 Sed an quemadmodũ mulier præfertur reliquis mariti creditoribus tacitis ex decis. d. l. Regiæ præferatur etiã fisco, vtilissimæ quæstionis est. In qua breuiter dicendũ est, quod attenta decis. d. l. assiduis secũdũ quã mulier, & fiscus nõ erãt æquales, sed maiori priuilegio munita erat mulier, cũ præferetur anteriorib⁹ priuilegiarijs hypothecarijs, vt in d. l. assiduis dubiũ nõ est quin etiã si fisco esset præferẽda docet gl. ver. *peruenit*, in d. l. 2. C. de pr fisci

Iason,& alij relati à Negusan.2.membro.5.
p.num.16.

68 † Verum cum attenta decisione.d.l.33.p. iure communi correcto fiscus non minus quam mulier anterioribus tacitis creditoribus præferatur:parque iam sit& fisci & mulieris causa,sicut erat tempore.d. l.2. C. de priui.fisci,& inter pariter priuilegiatos, nullus priuilegio suo gaudeat l.verum12.§.fin. ff.de mino.reducitur causa ad teminos iuris communis;& sic quæstio inter fiscum &mulierem ex tempore decidenda erit, docent Grego.in. d. l.33. glo.2. Matienços. supra, num.13. †
69 si vero mulieris &fisci instrumentum, vbi debitum continetur, eodem die fuerit confectum,& constare non posit de prioritate horæ causa dotis erit; prior præsumenda,argumento textus in l.1,ff.soluto matri.l.in ambiguis.77.ff.de iure doti. textus celebris in.l.cum is 32.§.si in ea opinione ibi *sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis causa*. ff. de con.inde. iuncto eo quod causa pia,vt est causa dotis,semper præsumitur anterior, docent Romanus in Auth.similiter speciali 13. C. ad l. falci.Alcia.regula 3.presu.41.Couarr.1.vari.c.16.n.6.plures relati à Tiraquel. de priuileg. piæ cau.priui.35.

70 † Ex superiori resolutione & exæquiparatione fisci &mulieris,colligitur,quod quemadmodum fiscus,in rebus post. obligationẽ cum eo initam quæsitis, reliquis debitoris creditoribus præfertur l.si is cui 28. ff. de iure fisci & dicemus infra à n.73.ita & mulier,cum fiscus & mulier inpignore pari passu ambulent,docent.Ripa inpræsenti nu.29. Bald.is inl.1.q.7.vbi Crotus nu.72.ff. solu. mat. Nouelus de doti 10.p.num.36.Negusã. de pigno.4.men.1.p. nu.100. Grego.in d.l. 33.p.glo.4. versi. item limita †
71 vtrum autem tacita hæc hypotheca, quæ mulieri pro recuperanda dote competit,currat ei,à tempore, quo dos fuit marito promissa, an vero à tempore dotis traditæ, disputant Bart. in d.l.Assiduis nu.5.vbi Sali.q.1.Socinus cons. 269.lib.2.Noue.vbi supra 8.p. priuileg.13. Tu vero cum eisdem,dic. à tẽpore cõtractæ obligationis & dotis promissæ,mulierẽ præferendam,per textum in l.1.ff. qui potiores l. si constante 19. C. de donatio. ante nup. Cuiacius li.8.quæstio.Papinia. in d.l.1.optime Negusan.d.4.men.2.p.à n.77.

72 Et an per solam confessionem mariti de dote recepta,eius numeratio pobetur,disputãt Iason in Auth.res quæ nu.22. versi. *nono limita* C. commu. de leg. idem in §. fuerat nu. 73. instirut. de actio. Costanus de dot. c.7.num. 14.Vande.de priui.credi.c.4 colu. 4 versi. *quippe non sufficit*,Coua.1.var. c.7. nu.4, & alij quos refert Gutierrez de Iuramento confir. 1.p.c.15. & hæc de actione quæ mulieri soluto matrimonio,pro recuperanda dote competit.

73 † Cui proxima est,quæ competit fisco ad cõsequendũ id,quod sibi debetur, fiscus enim inter alia priuilegia,quæ congerunt Paulus in l.si inte num. 3.C.depriuileg.fisci.Oliuanus in integro tractatu. de iure fisci, Peregrinus in eodem per totum. Dueñas regu. 374. Couarr.1.vari.c.16.Parina in trac.de fisco & eius priuileg. late. Petrus Grego. lib.3.c.2,cũ sequentibus,Donelus lib.5. c. 14.& lib.13.cap.3. illud precipuum habet, per quod ei, in bonis debitoris, tacita hypotheca indulgetur,l.Aufertur46.§.fiscus ff.de iure fisci l.2.C.in quibus causis pig. docent Dueñas.Couarr.& reliqui vbi supra.quæ hypotheca,&si supposita sit regulæ anterioritatis l.si pignus.8.ff.qui potiores. id tamẽ procedit in bonis quæsitis ante obligationem fisci, †
74 in acquisitis vero post obligationem, cum fisco initam cum in eis fiscus causam præueniat:anterioribus præfertur,textus celebris,in l.si is qui 28.ff.de iu.fisci per quem textum,iuris regulam,qui prior est tempore potior est iure,limitarunt post ordinarios ibi Ripa hic n.19.Cou.qui plures refert 1.varia.c.16.n.2.Grego.glo.3.in d.l.33.ti.13.p. 5.Cuia.10.obser.c.22.Barbo.in l.1.2.p.n.17. ff.solu.matri.

75 † Sed huic resolutioni obstat difficilis textus in l.finali ff.qui potiores, vbi Sceuola in rebus postea acquisitis, fiscum præferendũ non esse aperte demonstrat. Quæ difficultas grauissima visa est iuris professoribus,vt constat ex traditis ab antiquioribus indictis iuribus Fornerio 2.selecti.c.24. Cona.4. comen.c.17.nu.8.Gribaldo in l.non puto ff.de iure fisci Donelo tract.de pig.c.12.Accur.tamen in d.l.si is 1.solut. ait fiscum præferri, in rebus postea quæsitis,præterquam si anterior creditor sit persona priuilegiata qualis erat pupilla in d.l.fin.quæ cum duplici priuilegio sit munita anterioritatis,vt ibi & prælationis l.dabimus 4.§.1.supra hoc tit. fisco qui vno tantum priuilegio nititur præfertur ex regula textus in Authen.de consangui.& vter.ifratri,vers.hæc igitur colla.6.quæ solutio conuincitur manifeste ex d.l. finali, vbi certum est priuilegium prælationis, non nisi ex tempore propter pignus pupillum habere,nam priuilegio,de quo in d.l.4.§.1.dũtaxat vtebatur inter personales creditores, nõ inter hypothecarios,qualis est fiscus. Vnde omissa hac solutione & 3.eiusdem Accursij vbi sup. vbi ait, *hic fisco contraxit antequam mecum*,qua attenta omni prorsus dubitandi ratione Vlpiani responsum in d. l. si is cui,careret, quod affirmandum non est.

76 † Magis arridet 2. eiusdem Accur. solu-

tio ibi, quam vt explicemus sciendũ est fiscum contrahentem cum Titio, qui alios creditores habebat, præferri in rebus Titio quæsitis post eiusdem fisci obligationem d. l. si is cui. Ratio cuius ex eo dimanat, nam cum à lege eius hypotheca inducatur, & lex velociter operetur l. si constat 4. vbi Doctores ff. de compensatio. respectu fisci, illa conditio, quæ in obligatione debitoris reperitur, per quam res suas præsentes, & futuras obligauit, prius purificatur per operationem intellectus, & postea impleta respectu priuati, non retrotrahitur in præiudicium fisci.

77 † Neque contrarium colligitur ex Sceuolæ responso, in d. l. fin. ff. qui potiores, quæ procedit non in re quæsita post obligationẽ fisci, sed post priorem obligationem pupillæ & antequam fisco debitor obligaretur, in qua etsi fiscus præferendus videretur tanquam antiquior, creditor respectu nouationis à Seia ibi factæ: tamen cum antiqua obligatio, repetitis pignoribus nouata fuerit, & repetitio pignorum intelligatur cum prærogatiua anterioritatis l. creditor 3. ff. qui potiores eleganter Sceuola, non obstante nouatione in rebus ante obligationẽ fisci quæsitis, pupillam præferendam esse respondit, significans, in rebus postea quæsitis, fiscum præuenientem causam pignoris potiorem esse, vt in d. l. si is cui.

78 † Neque huic verissimæ interpretationi aduersantur illius textus verba ibi, *donec vniuersum debitum consequatur*, nam referẽda sunt, non ad acquisitionem rerum, sed ad prælationem pupillæ, vt sensus sit, in omnibus rebus quas debitor acquisiuit antequã fisco obligaretur pupillam potiorem donec vniuersum debitum consequatur, quia satis non est partem debiti pupillam recipere, vt à prælationis iure excludatur, argumento l. qui pignori. 19. ff. de pigno. l. quandiu. 6. C. de distra. pig. consentiunt Fulgo in d. l. fi. nu. 2. vbi Odofre. in fine Cuia. 10. obser. ca. 21. & hæc est vera horum iurium elucidatio.

79 † Ex qua fisci priuilegium, de quo in d. l. si is qui deprehenditur, quod inter duos priuatos non obseruatur, sed in re postea à debitore quæsita prior creditor admittendus erit, quam sententiam etiam in terminis iuris communis magis probant Bart. in d. l. si is qui nu. 2. Paulus in l. inoperis n. 7. ff. locati Ripa in hac l. priuilegia ampliatio. 9. nu. 16. Gregorius Lopez, qui dicit magis communẽ glo. 1. in l. 27. tit. 13. p. 5 Donelus de pigno c. 12. col. 2. vbi textum difficilem, in l. idemque 7. §. si tibi ff. qui potiores, ait procedere quando duobus simul vni generaliter, & specialiter alteri, quis rem futuram obligauit.

80 † Supradicta procedunt attenta iuris communis dispositione: hodie vero varijs doctorum opinionibus omissis comprobata est sententia glossæ, in d. l. eos, verbo *competunt* versi. *excipe tamen mulierem, & fiscum*, quæ docet fiscum, sicut & mulierem anterioribus hypothecarijs tacitis præferri l. 29. insti. l. 33. tit. 13. p. 5. vbi Greg. verbo: *obligado* animaduertit, docent Barbosa in l. 1. 6. p. nu. 9. ff. soluto. matri Gutierrez 3. pract. q. 99. Matien. in l. 7. tit. 16. li. 5, recop.

